Promiſſ. exaudi.

tus per ſobrietatem & jejunia oſtendamus, juxta Syrac.38. *Fili ſi ægrotat quis,&c.* Pſal.50. *Invoca me,* Prov.18. *Turris,&c.* Jacob.5.v.15. *Multum valet oratio juſti.* Sed interim Morbis medelam adhibere ne neglexeris.

Caveatur ſuperſtitio.

Perperam interim & impiè faciunt, qui pro reſtitutione valetudinis liberorum, vovent peregrinationes ad fana divorum, aut eos certis ſanctis & patronis conſecrant, aut

Prohibẽtur illicita media.

preculas magicas adhiberi volunt. Tales maximè ſunt reprehendendi: 2.Reg.1. *Annón Deus in Iſraël?* Levit.19.31. *Non declines ad magos,&c.* Sapien.17.7. *Magicæ artis deriſus,&c.* DEUS Ochoſię comminatus eſt,&c.

Etſi interdum videatur prodeſſe.

2.Reg.1. *Non ſanaberis,&c.* Si qua interdum ſanatio ope talium mediorum fit; diaboli præſtigiis fit, DEI permiſſu,ad ſtabiliendas opiniones magicas. 2.Theſſ.2. *Quia dilectionem,&c.*

Satius cũ Deo ægrotare.

Satius ſit piis cum DEO malè, quàm cum diabolo benè habere. Dicãt igitur cum tribus illis, Daniel.3.17. *Dominus poteſt nos eripere,&c.*

David orat pro vivo.

v.22. *Propter infantem dum adhuc viveret, jejunavi)* David tunc ardenter oravit, cùm adhuc ſpes erat ſalutis & convaleſcentiæ infantis. Quia corporalia bona cum conditione & exceptione crucis ſunt petenda. Sic & nos in tempore neceſſitatis oremus,

Exempla.

Pſal.50.&c. Sic Cananæa pro filia conſtanter interceſſit. Matth.5. Sic pater pro lunatico

tico